

*Vigilate: nescitis quando dominus domus veniat.*

✠ Lectio sancti Evangélíi secúndum Marcum 13, 33-37

In illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis:

- <sup>33</sup> « **V**idéte, vigiláte;  
nescítis enim, quando tempus sit.
- <sup>34</sup> Sicut homo, qui péregre proféctus  
relíquit domum suam  
et dedit servis suis potestátem,  
unicuíque opus suum,  
ianitóri quoque præcépit, ut vigiláret.
- <sup>35</sup> Vigiláte ergo;  
nescítis enim quando dóminus domus véniat,  
sero an média nocte an galli cantu an mane;
- <sup>36</sup> ne, cum vénerit repénte,  
invéniat vos dormiéntes.
- <sup>37</sup> Quod autem vobis dico, ómnibus dico:  
Vigiláte!».

Verbum Dómini.